

## Aduertencias para

cientiæ dispensari potest à confessorio per su-  
periores deputato super irregularitate qua-  
cunq; occasione contracta. Ex Compendio  
Societatis, ver. Dispensatio. § 6. vbi dici-  
tur eiusmodi concessionem desumptam fuis-  
se ex libro Priuilegiorum dicti Ordinis. Tit.  
12. fol. 36. Collector Compendij Societatis  
aduertit primo hanc concessionem & faculta-  
tem communicari omnibus Superioribus, &  
aliis Confessoris, quibus ipsi eam commisse-  
runt, præterquam in Bigamia, in morte, in me-  
brorum obruncatione, & enormi sanguinis  
effusione: quæ Preposito Generali reseruan-  
tur. Verum noster Emanuel, To. 1. q. 62. art.  
13. Notat & optimè, Collectorem loqui secun-  
dum suæ Societatis constitutiones, & literas  
Apostolicas, quibus usum priuilegiorum po-  
test Generalis limitare. At in aliis Religio-  
nibus [vbi Generales dicta concessione mi-  
nime vtuntur] quemlibet confessorium per  
Superiorem deputatum posse in his dispensa-  
re in foro conscientie. Sed quod non debet  
Prælati hoc committere nisi viris doctis &  
circumspectis. Secundo aduertit Collector,  
q̄ per Concilium Tridentinum videtur su-  
blata facultas confessoris dispensandi in ir-  
regu